

gratia num. 43. in fin. de rescriptis, & in Clementina si plures, num. 27. de probendis, Aegidius decif. 43. & decif. 153. & decif. 95. Tiraquell. de retractu lignagier, glossa 10. num. 32. Rebuffus in praxi beneficii, sic. de non promoti intra annum, num. 47. Quod etiam si oblatatur, in eo, qui vigore decreti tenetur expedire litteras intra sex menses, Mohedanus decif. ibi. Nec obstat, quod hæc controuersia non fuerit iudicialis, quia hoc procedit indifferenter in omni molestia siue iudiciali siue extrajudiciali, vt post glossam tradit Cardinalis in dist. Clement. gratia, & ibi n. 8. Andreas Barbat. n. 22. Probis additio. ad Monach. in cap. commissa, num. 2. de electione in 6. Felin. in cap. cum Ioannes, num. 33. de fide instrumentor. Castadorus decif. 9. de causa possessionis. & propriis. Rebuffus in tractu de pacifico. possessio. num. 165. Siue molestia siue de iure, siue de facto, vt post glossam tradunt Ancharan. & Gemitanus in dist. cap. commissa, & Castadorus dist. decif. 9. Molestia facta Cardinali vita fuerunt maximè considerabiles, 14. cum prouenirent salto Principis, quo poterat ad libitum voluntatis siue disponere de beneficio, etiam priuando sine causa, vt tradit Mohedanus decif. 86. Et cum introducta esset cognitio in principis Consistorio, non curabat si dilationis tempus, quemadmodum etiam dicitur non currere fatalia: & resolutum fuit coram me in Imolenf. Castri. 16. Januarij 1573. Nec releuat, quod à principio possessio fuerit pacifica, tam respectu tituli, quam perceptio nis fructuum; quia sufficit, quod quando cum 16. que præstetur impedimentum siue circa culpam impediti, vt per Archidiacon. in cap. cum ex eo, num. 2. de election. lib. 6. quem sequitur Ioannes Andreas in dist. cap. impulari. col. 1. de regulis iuris lib. 6. Ideoque tantum temporis siue restitutum est, quantum per impedimentum ablatum fuit Aegidius decif. 83. Et fuit resolutum in Salmantina Parrochial. coram R. P. D. Orano 1589. quod intelligendum est respectu temporis, quod dilatio concessa propter molestias subtractam est, &c.

Quam decisionem ad litteram refert Nicolaus Garcia de beneficiis 2. tom. part. 11. cap. 5. sub num. 105. Illam tamen totam reperies ad litteram apud eundem Seraphinum in decif. 997. quem Garcia non citauit.

Et generaliter quod omnis recursus ad Principem suspendat terminum cause principalis, 18. si vel articuli incidentis; probat eleganter Rota vt per Fatiniacum in posthum. tom. 2. decif. 416. qua num. 3. & 4. ita loquitur; vel saltem negari non potest, quin saltem dubium esset, quomodo essent intelligenda verba rescripti, ita vt esset opus pro declaratione iterum adire signaturam, cap. cum contingat. de rescriptis, cap. cum uenisset. de iudiciis; & cum ante lapsum tituli, & die sequenti post præsentatam in actis commissionem appellationis fuerit per Vincencium citata parte, habitus recursus ad signaturam, vt in eius summario, num. 10. dominis visum fuit, dicto cursu pendente, nullum eucurrisse tempus ad siue inducendam defertionem, Lucas de Penna in l. 2. num. 21. post medium, versicul. Ex quo enim negotium, C. de usufruct. lib. 11. Afflictus super constituit. Regni. rubric. 39. num. 6. lib. 1. Maranta in speculo. 5. p. num. 38. vt in simili dicitur, fatalia non curre-

pendente causa in consistorio Principis, l. cum anterioribus, §. si tamen, C. de temporib. appell. Lancelor. de attentat. cap. 12. in praxione, num. 40. &c.

Et quod totum tempus, quo durauit impedimentum; debet si suppleri impedito, quia illud non computatur in termino, sed tantum ei denuò indulgetur; est optima decisio Seraphini 1066. quam & alias adde, quas adduximus in tractat. de Regia profectione 1. part. cap. 7. à num. 74. Et quod impedimentum, vt iustum iudicetur, sufficiat quod sit siue iudiciale, 21. siue extrajudiciale, siue de iure, siue de facto; probant ultra allegatos in decif. Tolletana, Staphileus tit. de qualitat. & statut. benefic. §. huiusmodi, num. 12. Villadiego delegato, quest. 14. 1. part. num. 96. Rebuffus de pacifico. possessio. num. 197. alias 164. Cosmas in praxiat. sanction. tit. de collation. in §. item quod uniuersitates, verbo, Passaderint, Bellamera decif. 396. Castador. decif. 9. num. 1. de causa possession. Sarnier. in regul. de trienniali, quest. 53. Mandosius regul. 34. quest. 26. Hogeda de benefic. incomparabil. cap. 13. num. 80. Mascardus de probationibus conclus. 183, num. 40. Quintana Dueñas lib. 4. num. 27. Flaminus Parisius lib. 3. quest. 1. num. 130. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 16. quest. 9. & late plures Rotæ decisiones adducens videndus Nicolaus Garcia de benefic. tom. 2. part. 11. capitul. 5. à num. 105. & sequentibus.

Et quod impedito siue de iure, siue de facto, iudicialiter siue extrajudicialiter non curat terminus ad publicandas litteras resignationis, sed totum id tempus de medio tollatur, ita, vt nec computetur, probat latissime Flaminus Parisius de resignatione, tom. 2. lib. 11. quest. 11. per totam; vbi latissime profertur videndum.

Et amplius comprobatur, quoniam dum in Senatu disceptatur causa, an sit legitima ad retinendas litteras Apostolicas, ad effectum, vt in eorum executione supercedatur, donec Romanus Pontifex per humilem supplicationem instructus sit de damno publicæ utilitatis, & misericorditer dignetur de remedio si prouidere: non potest super principali causa terminum currere, vt ex variis iuris exemplis, & similibus nostra resolutio roboratur. Quippe dum disceptatur super nullitate sententia, non currit terminus cause principalis, quouique finiat nullitatis questio. Philippus Franchis in cap. dilecti. quest. 6. de appellationibus, Decius in cap. ex ratione, num. 10. Felinus num. 4. eodem titulo, Sfortia Oddi. de restitutione in integr. quest. 20. num. 69. & 74. Rotæ diuersorum decif. 490. num. 3. lib. 3. part. 3. Gratian. disceptation. 61. num. 10. Scaccia de appellation. quest. 15. num. 88. 91. Quando probabile siue saltem est impedimentum huiusmodi nullitatis, Felinus dist. num. 4. Gratian. dist. num. 10. Bantius de nullitatibus, in. 8. num. 17. Tiraquellus lib. 1. de retract. linag. §. 1. gloss. 10. Caldas Pereira in l. si curatorem, glossa in tra legitimum tempus, num. 13. Giurba decif. 110. num. 6.

Nec etiam pendente nullitatis iudicio, decendum currit ad siue appellandum, licet actor succumbat, dummodo non calumniosam sed probabilem proposuerit nullitatem, Cinnus in l. contra maiores, num. 7. C. de inofficiso testamento, Franchus

CAPVT XVI.

In retentionis Bullarum cognitione quid principaliter, tam respectu principij, quam respectu finis in Senatu deducatur: & quid incidenter: & quemadmodum in examinanda causa (vt legitime appareat) in eo procedatur, & qualiter decreta concipiantur.

Et an & quando decretum violentiæ (de conocer y proceder, vltra decretum laicorum) in supremo Consilio expediat: & nunquam cætera Tribunalia Regia eo vti valeant.

SVMMARIVM.

Retentionis Bullarum querimoniam proponenti in Senatu datur prouiso ordinaria, vt Regij Ministri illas perquirant, & ad Senatum cum cæteris actis per executorem factis remittant, vbi ibi examinentur, an publicum ledant, n. 1.

Ordinaria prouisione potest quis se mutare ante damnam, quod timentur inferendum, num. 2.

Retentionis remedium sui natura est preseruarium futuri damni, & periculi imminenti, num. 3.

De timore mali, & periculo minante idem iudicamus, quod de ipso malo, num. 4.

Defensione licet quis vitur probabiliter dubians de offensione inferenda, num. 5.

Etiam si effectus offensionis non sequatur, n. 6.

Offensionis initium non requiritur expectare, vt quis defensione vti valeat, num. 7.

Et sufficit visus armorum, licet illis non utatur minans, num. 8.

Retentionis Bullarum remedium fuit inuentum ad defensionem, qui magis consistit in iniuriis inferendis quam in illatis, num. 9.

Conseruatoris potestas non solum ad violentias illatas, sed propriis ad inferendas videtur concessa, num. 10.

Defensionis iusta causa est violentia inferenda timor, num. 11.

Ad defensionem suam dicitur factum verificato probabili timore, & periculo, num. 12.

Timor iustus an probetur per iuramentum eius, qui ad suam defensionem fecisse asserit, num. 13. remissus.

Defensionem potest quis licite præuenire contra paratum ad offensionem, num. 14.

Offensam actualem non tenetur quis expectare, vt se defendat ad periculum obuiandum, n. 15.

Litteris ad Senatum allatis causa retentionis proposita accuratè examinatur per Ordinarios iudicij tramite, & iterum per supplicationem, num. 16.

Examen causa retentionis non requirit iudicalem indagacionem, sed extrajudicalem instructionem, sicuti nec iurisdictione indiget, n. 17.

Princeps dicitur conseruator suorum vassallorum, num. 18.

Conseruator non vitur iudiciali indagacione, potest tamen ad sui instructionem aliquam adhibere super manifestis violentiis, num. 19.

Senatus ex plurimis iuris rationibus motu longum adhibet examen super causa retentionis, num. 20.

Senatus ad solam sui instructionem sufficeret extrajudicialis informatio sine partis citatione, etiam per testes sumenda, ibid.

Informatio super legitimitate causa retentionis non tam ad sui ipsius Senatus instructionem fit, sed precipue ad Sanctissimum instruendum fideliter, num. 21.

In re tam graui, pro ut retentio, non est fidendum de uno vel altero teste testantibus de legitimitate causa retentionis, sed per delationem omnibus numeris absolutam Sanctissimo remittendam, num. 22.

In retentionis cognitione nihil concurreit spirituale exacta indagatio impediri, nec respectu Principii, nec respectu finis, num. 23.

Retentionis litterarum finis est violentie obuiare qua publica turbatur quies, num. 24.

Scandalum, & violentia qua fundatur retentionis cognitio, est contraria iuri naturali, & spirituali, & opposita natura, num. 25.

Violentia perpetrata etiam à Clerico nullam includit spiritualitatem, num. 26.

Omnis delictum à Clerico commissum temporale est, solumque ratione persona distinguitur iudicia, ibidem.

Retentionis cognitio non adhibetur alio fine quam tollendi violentiam, non ad decernendum super iure ex littera orto, num. 27. & 29.

In litterarum examine agitur tantum de quodam damno externo Reipublice non contento intrinsece in illis, nec cadente in intentione concedentis orto ab importunitate impetrantis, n. 28.

Senatus diligenter examinat audita partibus causam retentionis, non ut decidat causam principalem, sed ad explorandum violentiam, de qua principaliter cognoscit, num. 29.

Habens ius cognoscendi circa suam pro bono communi, habet ad media proportionata, ut auferatur vis, num. 30.

Media proportionata adhibita per Senatum ad detegendam causam retentionis sunt mere temporalia, & in mero facto nitentia, num. 31.

Exam. n. litterarum obientarum per alienigenarum Regnorum cadit super mero facto temporali, an sit originarius, vel extraneus, quod incapax est spiritualitatis, num. 32.

Examen litterarum in derogationem iuris patronatus laicorum aut Regis cadit super mero facto, an quis sit in quasi possessione iuris patronatus necne, num. 33.

Quem possidere, vel in possessione esse, questio est meri facti non iuris, num. 34.

Super possessione etiam rei inspiritualis, que temporalis est, cognoscit laicus de violentia, n. 35.

Examen Senatus super commissionibus contra primam instantiam Ordinarij vertitur super mero facto, an sit subscriptio propria manu Sanctissimi, vel ne, num. 36.

Subscripta an sit supplicatio commissionis est questio facti, cum subscriptio in manufactura consistat, num. 37.

Articulus principalis omnis retentionis est violentia indagatio, in quo nec etiam de mero facto rei spiritualis agitur ad declarandum super ipso, sed super ipse violentia, num. 38.

De facto rei spiritualis incidente in principali causa quilibet secularis cognoscit, num. 39.

Controuersia incidens quando dicitur meri facti, aut iuris, num. 40. remissiuè.

Ad Principem, ut protectorem suorum vassallorum perinet cognitio omnium violentiarum, à quibuslibet etiam Ecclesiasticis illatarum, n. 41.

Defensionem prestare impossibile foret Principi non inquirenti, an adit violentia; cum de iuribus & factis singulorum nequeat Senatus habere notitiam, num. 42.

Cui competit tractare de fine, conuenit etiam tractare de medijs necessarijs ad finem, n. 43.

Potentia omnis tamquam virtus ad finem disponit de iis, que sunt ad finem, num. 44.

Media sequuntur naturam sui finis, & ab ea reguntur, num. 45.

Consequens, cui conceditur, concessum etiam videtur suum necessarium antecedens, num. 46.

Etiam si consequens maius foret concessio, n. 47.

Probatio per testes causa legitima ad retinendas litteras, est consequens necessarium ad cognitionem violentie, que aliter consistere nequit, n. 48.

Cognitio violentie ob non delatam appellationem non eget extrinseca probatione, cum sit deducenda ex actibus Iudicis Ecclesiasticis facientibus rem notoriam, num. 49.

In examine retentionis, cum nihil spiritualitatis habeat, sed meri facti temporalis incidentis in causa principali violentie pertinentis ad defensionem, & cognitionem Principis exactè potest in Senatu tractari, num. 50.

Probatio super causa retentionis à Senatu deneganda quando consistit in iure, cum per illud iam sit decisa, num. 51.

Item quando causa, super qua fundat retentionem oppressus, consistit ab aduersario, denegatur probatio, num. 52.

Frustra expectatur id, cuius euentus nullus est effectus, nec potest proficere, num. 53.

Factum quod non releuat fieri non debet, n. 54.

In examine retentionis proceditur via Ordinarij, & per sententiam diffinitiuam, & admittuntur partes ad probandum, si negotium in probatione consistit, num. 55.

Si in facto non consistit nec admittitur probatio nec dilatio ad probandum conceditur, ibid.

Si in examine adhibito per Senatum reperitur legitimam deficere causam ad retinendas litteras, statim relaxantur, ut illis pars utatur, n. 56.

Decretorum retentionis formula, ibidem, & n. seqq.

Causa retentionis si reperitur legitima, diuersimodè dantur à Senatu decreta iuxta casum varietatem, num. 57.

Retentionis casus aliqui pertinent ad retentionem litterarum, alij ad remissionem Ordinarij, & de vtrorumque decretorum conceptione ibidem, num. 58.

Competentia orta inter Ordinarium certantem causam in prima instantia ad se pertinere, & Nuntium, Archiepiscopum uel à Senatu quomodo concipiat decretum, num. 59.

Decreto de conocer, & proceder, duntaxat vititur Senatus, cuius est priuatiua cognitio super conseruatione Concilij Tridentini, num. 60.

Et de ratione huius conceptionis decreti, numer. 61.

In violentia Iudicis Ecclesiastici cognoscentis de laico super re merè profana omnia Tribunalia Regia indistinctè vtrunq; decreto de conocer, & proceder, num. 62.

Chancelleria inhibita sunt, ne cognoscant de violentiis tangentibus obseruationem, & executionem Concilij Tridentini, num. 63.

Chancelleria nequeunt vti decreto, en conocer, & proceder in competentia orta inter Ordinarium, & Superiorem ob primam instantiam Ordinarij seruatiam per Tridentinam, num. 64.

Super orta competentia inter Ordinarium tuentem suam primam instantiam, & eius superiorem, si à quolibet eorum fuerit appellatio emissa, pro eius delatione potest quilibet Tribunal Regium adiri, num. 65.

Et quemadmodum tunc sint concipienda decreta vide ibid. remissiuè.

Error aliquorum putantium in Audiencia Regijs vti posse decreto (en conocer, & proceder) super quocumque genere competentie amotatur, n. 66.

Quando duo remedia retentionis, & violentia ob non delatam appellationem ab execute litterarum simul cumulantur, varijs modis decreta concipiuntur, num. 67. remissiuè.

Chancelleria an possint cognoscere de violentia executoris ob non delatam appellationem, & remissione petita commissionis ob contrauentionem Concilij presertim primam instantiam Ordinarij simul cumulatam, num. 68. & sequentibus.

Cumulato vtroque remedio ad Ordinarium, remissione, & violentia ob negatam delationem appellationis ab execute remissa, diuersimodè decernunt Chancelleria, num. 69. & sequentibus.

Nam si reperitur vim fecisse executorem, ita decernunt, ut deferat, & reponat, & articulum remissionis ad ordinarium remittunt ad supremum Consilium determinandum, & de ratione, num. 70. & 71.

Si autem reperitur Chancelleria vim executorem non facere, super vtroque remedio cumulato subsistat, remittendo vtrumque articulum supremo Consilio, & de ratione, num. 72.

Causa retentionis, que legitima sit, iusto, & pio Senatorum arbitrio relicta est, num. 73.

Obtestatur Auctor Senatorum, ne abutantur suo pio & sincero arbitrio in discernenda legitimitate causa retentionis Bullarum, num. 74.

Defensio vi oppressorum prestanda est seruata semper reuerentià Sedis Apostolicæ, num. 75.

Defensio omnis tunc dicitur permissa iure naturali, si præsertim cum moderamine inculpata tutela, aliter est culpabilis, num. 76.

Moderamen in defensione procedit ab eodem principio iuris naturalis, sicut & ipsa defensio, n. 77.

Moderamine inculpata tutela non adhibito in defensione, hoc iuri repugnat naturali, & gentium, num. 78.

Moderamen inculpata tutela tunc in defensione adhibetur, si id fiat sine quo violentia tolli nequit, num. 79.

Moderamen inculpata tutela consistit in tribus, circa modum, tempus, & causam, num. 80.

Senatores valde euigiles sint, ne quis calumniòse vti velit hoc salubri retentionis remedio, ad effectum differendi aut vexandi aduersarium, num. 81.

Retentionis remedio friuolè, aut calumniòse vtentem debet Senatus in expensis condemnare, n. 82.

Tanta iustificatione procedit Senatus hic supremus in causis retentionis, ut nullo modo oppresso trahatur prouiso ordinaria, nisi prius relinquat fideiussorem de soluendis omnibus expensis impetranti, & simul relinquat procuratorem,

cum quo prosequi valeat causa ad euitandum suspensionem dilationis, num. 83.

Decretum quoddam Senatus anni 1545. refertur, quo supradicta, & alia sunt ordinata in ratione Bullarum, num. 84.

Alterum Decretum Senatus anni 1580. refertur, quo prius extenditur etiam ad retentionem litterarum in contrauentionem Concilij Tridentini, ut pariter prestetur fideiussor expensarum, & procurator relinquatur, num. 85.

Præfata decreta in viridi sum obseruantia, & quotidie præstantur in hoc Senatu, cuius Secretarij non tradunt parti Ordinarij, nisi prius relictis procuratore, & fideiussore, num. 86.

De instructione, quam habent Chancelleria circa modum procedendi in causis retentionis Bullarum remissiuè, num. 87.

De praxi Senatus circa executorem exequentem litteras, quarum petitur remissio, & aufugit cum illis quemadmodum consulat oppresso per sequestrationem, & compulsionem impetrantis, ut afferat intra terminum absolutionem, n. 88.

Supplicatio secunda de las mil y quinientas non admittitur in causis retentionis litterarum Apostol. decisit in Concilio Supremo, aut in Chancelleria Regijs, num. 89.

Ad supplicationem secundam duo requiruntur, quod res ipsa sit ardua, & valoris trium millium duplarum, num. 90.

Quæ non possunt concurrere in retentione Bullarum, & de ratione, num. 91.

Retentionis Bullarum ad effectum supercedendi in executione, & supplicandi Sanctissimo non inferit præiudicium perpetuum, nec irreparabile, n. 92.

Quod leuissimi præiudicij est, num. 93.

Retentionis sententia non recipit aliquam estimationem nec continere rem estimabilem, num. 94.

Supplicatio secunda denegatur in mero possessorio, num. 95.

In retentionis Bullarum cognitione adhuc non agitur de iudicio possessorio, sed de mero & nudo facto, an patroni sint in quasi possessione, ad effectum non declarandi super eo, sed ad alium finem supercedendi in executione, num. 96.

Secunda supplicatio a sententia retentionis Bullarum nunquam admittitur in Consilio Supremo, nec talis praxis visa, nec audita est, n. 97.

A sententia retentionis Bullarum lata in Senatu Gallicia, nequit appellari ad Chancelleriam Valisletanam, quia causa non est capax summa requisita, num. 98.



OMPARENTI patti, seu Regio Ficalis in Senatu quætioniam violentie proponenti, ad obtinendam retentionem litterarum Apostolicarum, aliquam inferent simul causam (ex his, quas legitimas probauimus supra hac i. part. cap. 3. cum quatuor sequentibus) ut ex executione illius eueitetur inconuenientie timor in damnum Reipublicæ Ecclesiasticæ spiritualis, aut temporalis, atque insuper scandalis periculo obuieret, datur ordinaria prouisio, ut Regij ministri conquantur has litteras cum omnibus actis (si que facta fuerentur virtute) & in Senatum remittant, ut ibidem accuratè examinentur, an quid contineant, quod Rempublicam lædat iuxta legem 21. l. 23. 24. 25. & l. 26. 28. & alias lit. 3. lib. 1. Recopilat.

Hac etiam p[ro]uisione ordinaria potest se quis munire statim, quod timetur de venturo damno, nec tenetur expectare quod actualiter sit illatum, ne ex sua negligentia impertrans occulte exequatur suas litteras, & inde incidat in illud inconueniens latè à nobis consideratum sup. hac 1. part. cap. 10. Tùm etiam, quia hoc falubre remedium retentionis sui natura est p[re]feruatiuum damni futuri, & periculi minantis, ad quod vitandum fuit salubriter introductum, & à necessitate inuentum.

Idem namque iudicamus de timore mali, & periculo minante, quod de ipso malo, l. P[er]dus in principio, ff. de ruina, & naufragio. multas doctrinas ad id congerit Collantes de pane. lib. 3. c. 9. sub n. s. vers. Cui poterit addi, latè per Costerum singulari. verbo, Metus, fol. 168. multa pulchra per Dominum Ioannem Baptistam Valenquellam Vclafquez dignissimum supremi Regij Senat[us] Senatorem, & Granaten[sis] Cancellariæ Præsidentem integerrimum de statu & Belli p. 2. considerat. 7. à n. 10. & seqq. Carolum de Tapia decif. 23. à n. 62. & à n. 60. Iacob. Cancer. variat. resolut. tom. 1. p. 2. cap. 10. à n. 47. & 3. p. c. 15. à n. 141. & 144. qui varia exempla reddunt.

Timor enim violentiæ inferendæ infert iustum & metum Gramat. voto. 10. num. 2. Bertazol. consil. crimin. 159. num. 5. & conf. 477. num. 11. Caluacanus de Brachio Regio. part. 3. num. 210. & 211. & p. 6. num. 109. Malfardus de probationibus conclus. 1051. num. 49. Menochius lib. 3. p[re]sumption. 4. num. 9. Ludouic. Lucen[sis]. decif. 18. n. 1. Farinac. fragment. p. 2. lit. M. num. 87. Giurba conf. 28. num. 20. Sanchez de matrimonio lib. 4. disp. 5. cap. 5.

Sufficit enim probabiliter dubitare de offensione, vt defensione quod quis licet vti valeat, l. si quis fumo, §. quod dicitur, ff. ad leg. Aquiliam, l. habitatores. §. iterum, ff. locati, & ibi glossa verbo verè, & communiter scribentes super illa, text. in l. hac stipulatione, ff. de damno infecto, l. interpositus, C. de transactionibus, Innocentius in cap. si vero de sententia excommunic. num. 2. Bald. in conf. 364. num. 5. vol. 3. Angelus in §. ius gentium, num. 9. insit. de iure naturali, Atetinus in conf. 14. num. 18. Thomas Gramatic. decif. 5. & in decif. 18. num. 16. Silva nuptial. lib. 2. num. 119. Alexander de Neuo in conf. 12. num. 5. cum sequentibus, Brunus conf. 82. num. 5. volum. 1. Burgos de Paz in conf. 25. num. fin. & in proposito multis exemplis confirmat Hippolytus de Marfill. in singular. 325. per totum, & in pract. §. diligenter, num. 42. Carterius in practi. titulo de homicidio. §. circa tertium, per totum, Mongollon in tractatu de his que metus, cap. 2. §. 6. num. 1. vbi num. 3. Ampliat, etiam si effectus non sit sequutus, vt probant quæ infra superius citata, & Glof. in cap. bone el. 1. de electione, verb. Metuebat, Andreas Gaillius in tractatu de pace publica, lib. 1. cap. 2. num. 6. & Glof. in cap. ad Audientiam, verb. Causa de his que metus, Thomas Gramatic. decif. 5. num. 6. Nec est necessarium, quod spectetur quod initium ipsius effectus offensionis, vt patet ex dictis iuribus, & Doct[or]ibus hacenus allegatis, & Philippus Franchis in cap. fin. de appellatione, num. 9. Andreas Gaillius vbi proxime num. 3. & 6. Barthol. in l. ex plagis, §. Tabernarius, ff. ad leg. Aquil. n. 1. Alexander in conf. 98. num. 3. cum sequentibus, Pirrus in l. nihil consensu, ff. de regul. iuris, Angelus de

malefic. verb. Et dicitur Titius se defendendo, n. 16. Carterius vbi sup. Gramatic. decif. 5. num. 17. Suarez allegat. 23. num. 3. & 4. Mangollon vbi proxime num. 4. qui num. 7. late probat, sufficere visum armorum, & licet illis non videntur habentes, & est text. optimus in l. 3. §. qui armati, ff. de vi & vi armata, ibi: Sufficit enim terror armorum, vt videatur armis deieciis.

Et cum hoc retentionis & litterarum remedium fuerit inuentum ad defensionem, & obuiandum periculo (vt diximus) magis propriè præfatur defensio, & consistit in iniuriis & damnis inferendis, quàm iam illatis, tradunt Glossa in cap. dilecti in verbo, defendere, de officio Delegat. lib. 6. vbi Monach. num. 5. Franchis num. 7. Dominic. num. 13. Azorius institutio. moral. part. 2. lib. 5. capitul. 34. quest. 7. versicul. Si iterum quaras, Molina de iniuria & iure, tom. 6. disputat. 29. num. 2. versicul. Potest tamen in fin. Frater Ludouic Miranda in manuali p[re]latorum, tom. 2. quest. 47. articulo. 7. conclus. 4. Et almus à Cochier. de iurisdic. ordin. in exemptis, part. 1. quest. 39. num. 13. Barbosa in pastoralis de potestate Episcop. tom. 2. allegation. num. 34. Vbi affirmat quod non solum aduersus & violentias manifestas illatas, sed etiam inferendas conseruatoribus potestas intelligitur concessa, quia propriè in vtriusque, licet magis propriè in inferendis violentiis, consistat defensio.

Qui quidem ibidem, num. 35. vtriusque affirmat, iustam causam & esse & manifestam, vbi violentia inferenda timetur, vt & bene agnoscunt Monachus in dict. cap. 1. num. 5. Ioannes Gutierrez Canoniar. lib. 1. cap. 4. num. 10. Sayrus de censuris, lib. 1. cap. 9. num. 24. Suarez tom. 5. de censuris, disputat. 3. sectio 4. à num. 4. & disputat. 20. sectio 1. num. 3. cum sequentibus.

Et ad defensionem suam dicitur factum, eo ipso quod probatur & verisimilis timor, & periculum probabile Berouis conf. 138. sub num. 24. lib. 3. Valpella. conf. 7. num. 8. & conf. 78. num. 3. Malfardus de probationibus conclus. 126. num. 13. Iacobus Ayter. in tractatu de homicidio necess. part. 2. num. 54. & num. 55. Qui bene explicat, & declarat, an iste iustus timor debeat & probari iuramento partis asseuerantis ad suam defensionem fecisse, Gaspar. Cabal. in additionibus ad consuet. Marchie. lib. 4. cap. 54. in verb. Ad defensionem, Fatiniacus de homicidio. q. 125. part. 1. n. 51. & aliis plurimis Didac. de Mario. in additione ad Thomam Grammatic. decif. 5. num. 2. Et contra paratum ad offensam potest & quis licitè p[re]uenire defensionem, plurimos Doctores allegat Marius Giurba conf. 84. num. 18. & sub num. 16. quod sufficit periculum offensionis.

Nemo enim tenetur expectare actualem offensam, ac inde se defendere, & sed potest licitè, vbi probabile periculum offensionis adest; se omni defensione p[re]uenire, atque damno & periculo obuiare, Pancirolus conf. 67. n. 9. Barcius decif. 141. num. 2. Scaccia de iudicis c. 46. n. 42. Aldouinus conf. 20. n. 193. Bertazol. consil. 11. n. 2. & ex aliis multis Doct[or]ibus fitam Marius Giurba conf. 84. n. 19. Quare legitime procedit p[re]axis, & stylus Tribunalium Regalium in admittenda quærela retentionis, & expedienda ordinaria p[ro]uisione ante vim effectiue, & actualiter illatam, quando de ea inferenda probabiliter

licet

licet timetur, maxime cum semper ista littere publice vtilitati damnofoleant maximo cum secreto peruci, maximaque cum cautela occultari, & eademmet, & furtiue exequi, p[re]cauendo & fugiendo remedium hoc salubre retentionis, quo interesse habentes ex manifestatione litterarum possent se muniri, & vti ad euitandam executionem earum, & illam impediendam. Ex qua etiam praxi vtile aliud conseq[ui]tur ex apprehensione huiusmodi litterarum antequam executioni mittantur, ne in illud incidamus inconueniens oblians executioni, & perfectioni decreti Regij retentionis, de quod abundè tractauimus supra capitul. 10. per totum.

Allatis igitur litteris in Senatum (a quo p[ro]uisione ordinaria & dimanant) diligenter quæsitus, & vndique ablati per Ordinarios Iudicij, suosque iuris tramites hinc inde auditis allegationibus, & defensionibus vtriusque partis, accurate examinator causa in Senatu à principio p[ro]posita, an sit vel non legitima ad huiusmodi retentionem litterarum petitam impediendam, & concedendam, vel forte iustè denegandam, iterumque atque iterum, scilicet, per supplicationem ad eundem Senatum visis, & reuicis à se gestis vtriusque examinate, antequam perueniat ad decretum affirmatiuum vel negatiuum super eadem litterarum retentione postulata, p[ro]vt quotidie obseruat stylus & p[re]dicatur in omnibus supremis Regijs Tribunalibus, ad que hæc causæ vehuntur, & examinantur p[ro] tollenda violentia ex harum litterarum executione oriunda.

Et quamuis examen hoc fieri potuisset extrajudicialiter, & ad id quod sufficit extra iudicalem informationem adhiberi, cum etiam in finem, ad quem sit & adhibetur, non sit necessaria iurisdicchio, p[ro]vt vtriusque probauimus hac i. p. cap. 1. à num. 150. cum sequentibus, versic. Maxime iuxta, & latius in c. 8. à num. 19. cum seqq. vers. Comprobatur vtriusque, & supra vbi de hoc videre poteris planè & plenius.

Atque insuper etiam ex ea simili doctrina comprobatur; nam conseruator (veluti & etiam Princeps dicitur conseruator vasallorum supra capitul. 1. hac 1. part. à num. 95.) licet non possit cognoscere iudicialiter, & nec vti iudiciali indagatione iuxta text. in cap. 1. in hæc: Statuimus, vt conseruatores, quos plerumque concedimus, à manifestis iniuriis & violentiis defendere possint quos eis committimus defendendos, nec ad alia, que iudicalem indagationem exigunt suam possint extendere potestatem, &c. & cap. fin. de officio Delegat. lib. 6. Possunt tamen ad sui instructionem aliquam causam cognitionem adhibere super manifestis violentiis, vt late probat Ioannes Petrus Moneta in tractatu de conseruatoribus, cap. 7. à num. 76. cum sequentibus.

Tamen ex pluribus motus iuris rationibus & Senatus omnimodam adhibet causæ cognitionem per longum examen, tum quia licet ad solam sui ipsius Senatus instructionem sufficeret informatio extrajudicialis, & absque partium citatione, etiam quando informatio ipsa extrajudicialis sit sumenda per testes, vt post magnam Doctorem ceterum diximus de Regia p[ro]tectione 1. part. cap. 1. à num. 215. & sequentibus, & cap. 2. à num. 137. & superius.

Nihilominus tamen cum ista informatio ad

cognoscendam legitimitatem & causæ retentionis, non tam ad sui ipsius Senatus instructionem fiat, sed & principaliter ad instructionem summi Ecclesiæ Principis & Præfatis, non contentatur Senatus ipse illam leuem adhibere, ne forte temerè faciat, sed omnimodo certam remittere, & veracem possit Sanctissimo, iuxta illud Plinij Secundi, lib. 1. epistola 20. prauaricio est, transire dicenda, prauaricio etiam cursum, & braniter attingere, qua sint inculcanda, & repetenda. Et quia in re tam graui, non est fidendum & de vno vel altero teste super legitimitate causæ testantibus, vt eleganter considerauit Præful Conaruias in practiar. capitul. 35. num. 6. ibi: Quod non aliter peticipi valeat, quàm per delationem omnibus numeris absolutam, &c. videndum in toto, num. 6. cuius meminimus supra cap. 3. num. 1. & sequentibus.

Ac idèd ne villo modo veritas occultetur, stultæ aliqua interueniat, auditis partium allegationibus fit examen. Indecens quippe foret tanti Senatus causam vt legitimam proponere Sanctissimo, quæ postmodum incerta, & inutilis detegeretur, atque idèd etiam autoritatis suæ conseruandæ causâ Senatus ipse omnem adhibet diligentiam, vt quid certius sit innotescat, & ad Sanctam Sedem legitime referre valeat instruemdam, & informandam de reali & verâ causâ suspensionis litterarum, & de eius legitimitate indicante scandalum aliter oriundum, vel aliud simile damnum notabile p[re]cauendum, ne de Senatus intentione & animo sincero, & purissimo dubitetur, neque p[re]sumatur, velle sub ficto p[re]textu violentiæ tollendæ litteras detinere, & earum executionem impedire, sub qua intentione retentionem v[er]at Bulla Conæ Domini, cap. 14. p[ro]vt latius diximus supra cap. 2. per totum, vbi ex aliis diximus per eam solum tolli fictum p[re]textum; p[ro]pterea de hac causâ plenè cognoscere vult ad p[re]dictum effectum, & vt supplicationis iustitia coram Sede Apostolica p[ro]ferenda clarè pateat, ne ficta videatur, aut p[re]sumatur.

Tùm etiam, quoniam in hac cognitione nihil & concurreit spirituale, nec respectu mediocrium, nec respectu finis, ad illam quippe duntaxat finem adhibetur hoc remedium, vt omnis cesset violentia, ex qua frequenter oritur & scandalum, & quies publica turbatur, vt sæpè in hoc tractatu diximus capitul. 1. & sequentibus, & signanter sic asserunt Simanchas de Catholicis institution. tit. 45. de penis, num. 34. & 35. Ferdinandus Valquez Menchaca conseruator. vsus frequen. lib. 1. capitul. 41. à num. 19. cum sequentibus, Cencus lib. 1. collectan. 5. num. 4. Pater Henriquez lib. 2. de Pontificis clauis, capitul. 11. §. 3. & capitul. 16. §. 1. Azbedius in l. 2. tit. 6. lib. 1. Recopilacione, p[ro]p[ri]e finem, qui rectè loquitur de hac violentia.

Et post Conaruias, Zeballos, & Olibanum nouissimè idem firmat D. Ioannes del Castillo in tractatu de tertio, cap. 41. sub num. 182. Et eleganter etiam post alios plures dixit expressè Pater Villalobos in summa, tractat. 17. de la descomunacion, difficultate 21. num. 3. & fere omnes Doctores de retentione Bullarum tractantes (quos in vnum congregimus supra hac 1. part. cap. 2. à principio) eam fundant in violentia, quæ oritur ex executione quarundam litterarum Apostolica

Apostolicarum, ubi aliqua adest causa legitima ad retinendum, & constat in Bulla Cœnæ Domini, c. 4. ubi: *Prætextu violentiæ prohibenda, &c.* & est l. 81. tit. 5. lib. 2. *Recopil. in addition. 3. tom.*

Quæ quidem violentia, atque scandalum (super quibus dumtaxat cadit Senatus cognitio) nullam ꝑ continet spiritualitatem, sed totum est merè temporale absque umbra spiritualitatis, imò iuri spirituali omnino aduersarium est, cum contra præceptum fiat diuinum, à quo omnino & violentia, & scandala reprobantur, vt patet cap. 1. & cap. 4. hac 1. part. nam delictum violentiæ contrarium est, & odiosum omni iuri præsertim naturali, l. secundum naturam, ff. de condition. indebiti, si quis in tantum, C. unde vi, Malcatum de probationib. conclus. 14. 16. num. 4. Nam si defensio contra violentiam prouenit à iure naturali, ergo ipsa violentia erit contra ius diuinum & spirituale, cum idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, & contrarium eadem est iuris dispositio & ratio ex vulgaribus axiomatibus.

Et quoniam omne illud quod in ius naturale, aut diuinum ꝑ committitur, in omnium tendit iniuriam, & violentia illata dicitur, pro ut abundè ostendimus sup. in cap. 1. n. 176. & n. 164. & sequentibus, & num. 186. Quæ violentia & scandalum etiam perpetratur à Clerico, aliquam non includit spiritualitatem, vt dicit Olausus decisum. 180. num. 17. quem referens sequitur Marius Giurba (loquendo in scandalo facto à Clericis in Republica) in consil. 49. num. 16. ad medium. Quia omne delictum de pe se temporale est, solumque ratione personæ ad hoc, vel illud iudicium & iudicem spectat, Percita de manu Regia, part. 2. capitul. 42. num. 8. Antonius Diana resol. moral. 4. p. tract. de immunitat. Ecclesiasticarum 1. resol. 6. ad princip. Et hæc violentiæ cognitio nihil tendit ad punitionem personæ illam perpetrantis.

Non enim hæc adhibetur cognitio alio fine quam tollendi ꝑ violentias, non autem ad reuocandum, vel annullandum litteras Apostolicas, vel cognoscendum, aut terminandum super iure ex litteris orto (absit à tam Catholico Principe nimis obediens Sanctissimo Patri) sed dumtaxat, vt interim dum recurrit ad Sanctam Sedem Apostolicam mediante humili supplicatione pro remedio Republicæ, detinentur litteræ in Senatu, ne interdum cum scandalo exequantur auaçter, vt probant omnes Doctores supra capitul. 2. à principio citati. Agitur enim tantum de quodam damno ꝑ externo, & præiudicio publico, non contento intinsecè in ipsis litteris, nec in voluntatem & intentionem concedentis cadente, sed ortum extrinsecè ex praua suggestione petentis, & eius importunitate, & ab ea causatum.

Quod & mirabiliter ꝑ considerauit Pater Henriquez lib. 2. de Pontificis clauis, capitul. 19. §. 3. in glossa, littera F. In hæc: & Iudices auditis aduocatis visum processum diligenter examinant, non vt decident principalem causam Ecclesiasticam tanquam Iudices, sed examinant de aliis, vt explorent, an sit violentia, de qua principaliter ꝑ cognoscunt, & qui habet ius ad cognitionem circa finem pro bono communi, habet ad media proportionata, vt auferatur vis.

Atque idem firmat in terminis Episcopus

Antuerpiensis Ioannes Malderus in part. 2. question. 96. articul. 4. fol. 497. dicens, quod Rex, qui potest defendere & tollere violentiam; potest etiam illa media adhibere, sine quibus defensio præstari non potest, referens sequitur Diana resolution. moralibus, tractatu de immunitate Ecclesiasticæ, resol. 14. vers. Sed ego in controuersia tam graui Adde, quòd inspectio actuum ipsa non est actus iurisdictionis.

Media etenim proportionata ad hunc finem consequendum pariformiter ꝑ sunt merè temporalia, consentanea dumtaxat in facto, ex quibus quidem detegitur vis, & scandalum, nam si agimus de retinendis litteris imperatis ab externo non originario ꝑ nec naturalis horum Regnorum; cognitio & examen Senatus cadit dumtaxat super merito facto temporali; an impetrans sit exterus, vel naturalis & originarius horum Regnorum, quod quidem examen incapax est umbræ spiritualitatis.

Si querimus, an litteræ impetrantur in derogationem ꝑ iurisdictionis Regij, aut laicorum, examen dumtaxat cadit super merito facto, nam quem possidere, vel in possessione esse, ꝑ questio est merè facti, non iuris, vt ex aliis in similibus terminis diximus de Regia protectione 4. part. capitul. 14. num. 77. Et quod possessio etiam rei spiritualis sit facti, & in facto consistat, quam plurimos congegit Augustinus Barboia in tractatu de iure Ecclesiasticæ, lib. 1. capitul. 49. §. 2. num. 172. & num. 176. Quapropter etiam super possessione turbata, etiam rei spiritualis cognoscere posse ꝑ secularium, tanquam merè temporali ad finem tollendi violentiam, late post magnam Doctorem cateruam firmavit Iacobus Cancercus variarum resolution. lib. 3. capitul. 14. de manutentione à principio, & præcipue à num. 6. & Nos alibi, & multi alij quos in vnum cumulauit Barboia dist. num. 172. & 173. licet ipse à communi Doctorem, & ab vniuersali praxi declinauerit.

Et eodem modo in tollenda vi, quæ sit ordinario, dum turbatur ꝑ & auferatur sua iurisdictione, contra decretum Concilij Tridentini, in cap. causa omnes, nudum tantummodo factum cadit, dum examinantur litteræ per solam oculorum inspectionem, an subscriptæ sint vel non, eò quòd in prima instantia veniunt commissæ non ordinario, sed alteri executori, sine subscriptione propriæ manus Sanctissimi. Quod est merum factum consistit enim ꝑ hæc subscriptio in ipsa manufactura subscribentis, pro vt in specie probauimus infra capitul. 30. §. 2. vers. final. Nec hæc solemnitas à num. 16. cum sequentibus, & ferè per totum §. & capitul. 6. à num. 26. cum sequentibus, part. 2. quod quidem omnino est longè extraneum & alienum ab spiritualitate, quoniam non disceptatur de viribus iurisdictionis, nec de eius iure; sed tantum de dicto facto, an commissio facta sit alteri cum dicta subscriptione, ita vt dumtaxat inquiratur in Senatu, an illud factum consistens in manufactura Papæ absit à commissione auocatoria primæ instantiæ, vel in e legatur oculariter, supponentes Senatores ius constants, & indubitabile resultans ex ipso facto & manufactura, de qua sola dubitant & perquirunt an intercesserit in respectu directo alteri Iudici delegato, iuxta quæ abundè infra cap. 30. cum suis §. §. maxime in §. 5. &

& eadem part. 2. cap. 6. à num. 14. cum multis sequentibus.

Et sic de aliis cæteris incidentibus in articulo principali ꝑ retentionis, in quibus non disceptatur etiam de merito facto ad declarandum super ipso, sed solum declaratur super violentia principali tollenda, mediante retentione, & humiliter ad Sanctissimum supplicatione, pro vt praxis quotidiana ostendit.

Certi namque iuris est, & verissima opinio Doctorem à nemine ꝑ ferè impugnata; quòd de facto rei etiam spiritualis incidente in causam principalem possit licitè iudex laicus quilibet cognoscere, & tractare, vt apparet ex magna illa Doctorem copia, quos in his, de quibus nunc verisamur terminis, congegit supra cap. 8. à num. 25. cum sequentibus, vers. final. Ex qua doctrina rectè, &c. Et alij plurimi ab eisdem relati, qui bene distinguunt, quando conuoluerit ꝑ incidens sit iuris, vel merè facti, & Nos tetigimus etiam ibidem, pro vt etiam post plurimos Doctores pulchre explicat Giurba in consil. 80. num. 32. Antoninus Amato variarum resolution. lib. 2. resolution. 63. num. 2. & copiosius num. 11. ubi plurimos Doctores cumulat, & in resol. 86. à num. 61. & per tres columnas magnam Doctorem cateruam congegit ad hoc, quod de facto rei spiritualis cognoscit iudex laicus, quibus in locis bene etiam explicat, qualis dicatur questio facti, qualis iuris, & in quo vitæque consistat, & differat, ad quæ loca re remitto, & hunc eundem discursum in his nostris terminis rectè conseruauit Cenedus q. 47. à num. 16. & Nos exactè in tract. de Regia protectione 1. p. cap. 1. præiud. §. per totum, & signanter à num. 217. cum seqq.

Et cum vt sæpe probauit ꝑ euidenter in cap. 1. de Regia protectione, & hac 1. p. cap. 1. ad Regem vt protectorem Republicæ temporalis, & Ecclesiasticæ pertineat omni iure defensionis suorum vassallorum, & licitè cognoscat de violentiis per quoslibet illatis, sicuti etiam in his terminis retentionis probant omnes Doctores citati sup. cap. 2. à princip. Sequitur per necessitatem consequentiam, quòd ad eundem ꝑ pertinet inquirere, an ad sit violentia, cum aliter sit impossibile; posse defensionem (ad quam de iure naturali, diuino, & positivo tenetur) præstare, vt bene argumentatur Pater Henriquez lib. 2. de Pontificis clauis c. 19. §. 3. in glossa. F. ibi: Nec enim sine causis cognitione, quid potest in hoc remedio certum decerni, cum impossibile sit, quòd de particularibus iuribus, & factis partium possit Senatus habere notitiam, &c. vt & Nos per plura iura probauimus de Regia protectione, c. 2. à num. 95. cum sequentibus, 1. part. & num. 58. & à num. 285. cum sequentibus.

Cui enim competit tractare de fine, competit etiam ꝑ tractare de medijs necessariis ad finem, secundum Philosophum, lib. 1. Ethicorum, cap. 1. & D. Thom. 2. 2. quest. 40. artic. 2. ad 3. ubi dicit, quòd omnis potentia tanquam virtus, ꝑ ad quam pertinet finis, potest disponere de iis, quæ sunt ad finem. Quia media sequuntur naturam sui finis, & ab eo ꝑ regulantur, l. oratio, ff. de sponsalibus, & latius dict. cap. 2. à num. 285. quibus & dicenda adde. Nec non singulares doctrinæ vident adductæ sup. à num. 29. cum seqq. & superius.

Et cui conceditur consequens, concessum etiam videtur ꝑ suum necessarium antecedens, l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procurator. l. qui proprio, §. qui alio, l. illud, ff. de acquirendo rerum dominio, l. 2. §. inspectio, ff. quemadmodum testamentum aperiantur, l. 1. §. 1. ff. si usufructus petatur, l. denique, §. interdum, ff. de pecunia, l. 2. ff. de inuisione omnium iud. cum, Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumptio. 88. n. 6. Faulsarius de substitutionib. q. 241. n. 67. q. 480. num. 21. Sardus decisum. 7. num. 5. Gonzalez ad regulam 8. Chancelleria, gloss. 3. num. 33. Scobata de ratiociniis, capitul. 25. num. 11. Scaccia de appellacionibus, quest. 2. num. 26. in fin.

Quod ampliat, etiam si consequens maius esset ꝑ concessio, vt probant Zephalus consil. 406. 47. num. 2. volumin. 3. Alexander & alij citati per Orozcum in l. 2. de iurisdictione omnium iudicum, num. 14. ponderantem l. 1. §. fin. & l. fin. de iurisdictione omnium iudicum, & cap. 1. de officio Delegati, & Gloss. celebrat in l. cum proponas, C. de rebus creditis.

Et cum antecedens necessarium ad indagandam violentiam ꝑ huius generis sit, pro vt est cognitio, & examen cause legitime ad discernendum super retentione, atque etiam media sint legitima, & præfisa ad finem consequendum, cum aliter non constet, nec possit de eius veritate & legitimitate; idè ad probationem testium reducenda erit ex hæctenus dictis ad differentiam alterius generis violentiæ, quæ ꝑ veritate circa delationem appellacionis, & executionis sententiæ, quæ violentia omnino notoriè ex actis ipsis gestis à Iudice Ecclesiastico constat, ita vt alia externa penitus excusetur probatio, vt latius deduximus de Regia protectione 1. p. cap. 2. à n. 95. & pluribus sequentibus.

Quoniam licet vtrumque violentiæ genus quoad iustitiam reuocatus ab vnâ merè radice producat, & ab eodem principio deriuatur, pro vt abundè videre est ex capitul. 1. & sequentibus, hac 1. p. & per c. 1. & 2. in commentariis de Regia protectione, tamen quoad examen, & modum cognoscendi differunt, & diuersa vniuersali quæ qualitas attenditur, iuxta quam cuiuslibet applicatur examinationis & cognitionis ille modus, qui aptior & conducibilior visus fuit, & necessarius ad finem consequendum iuxta ea quæ in hoc cap. à n. 16. & in dict. cap. 2. à num. 95. de protectione Regia.

Hinc ex hæctenus validissimis fundamentis conteres assertionem incautam doctissimi Domini Ioann. del Castillo in tractatu de rebus, nouissimè edito in cap. 41. sub n. 34. dum fortè difficultate pressus minus attentè confundit vtrumque violentiæ terminos, & asserit, quod in hac retentionis litterarum Apostolicæ cognitione nihil agitur per viam iurisdictionis, sed extraiudicialiter per modum defensionis naturalis ad tollendam violentiam; allegat ad id Zeballos, Couarruias, Oliuanum, & alios loquentes in violentia ob non delatam appellacionem, qui longè diuersus est casus ab hoc retentionis litterarum, vt modo dicebamus remissè pro fundamentis & ratione quæ nec militat nec procedere possunt in hac litterarum retentione in qua examinatur causa ad eam decernendam, & fideliter certiorandum Sanctissimum super eius veritate, & reali existentia, quæ consistit in facto merè temporali, & incidente in causam violentiæ

R principia

principalem, iuxta latius hucusque comprobata, quæ si in mentem cadent tantum Doctoris, certò scio mutaturum sententiam suam, quam obiter protulit, & quod si ex professo dubium hoc examinaret, attenderet praxim huius Supremi Consilij, & Chancellerie, in quibus per suos & legitimos iuris, & iudicij Ordinarij tramites causa retentionis deducta examinatur, & per vnam & alteram diffinitivam sententiam terminatur, proæ superius annotauimus à num. 16. & seqq.

50 Claude igitur legitimum hunc & discursum, nam cum Regis sit proprium officium, & regalia de violentia cognoscere indistinctè in omnibus causis, & inter quascumque personas Ecclesiasticas, causa retentionis quæ incidit, consistit in merito factò, nihil habens spiritualitatis, atque etiam licet factum ipsum super spiritualitate aliqua cadat; eiusdem facti cognitio pertinere debet ad eundem Senatam (qui de violentia, & causa principali cognoscit) etiam cum iurisdictione, & exacta facti incidentis cognitione, quæ dumtaxat versatur super re merè profana, & temporali, proæ in hoc discursu legitime & de iure probatum reliquimus.

Hæc tamen probatio per testes multoties denegari solet in Senatu; quoties causa quæ proponitur ad fundandam retentionem consistit in iure tantum, quia cum per iuris dispositionem sit articulus iam decisis: nihil potest prodesse probatio, vt latius probauimus in commentar. de Regia præfatione 3. part. capitul. 6. à n. 63. cum sequentibus, quibus ad idem adde Mieres de maioratu 3. part. quest. 15. num. 69. Ferrerius consil. 45. Corletus quest. 1. num. 1. & 2. lib. 2. Castillo decision. Sicilie 48. num. 4. 5. 6. & num. 8. & sequentibus, Millanen. decis. 3. num. 158. & decis. 5. num. 9. lib. 1. Emilian. conf. 44. Vincent. de Franch. decis. 211. num. 12. & decis. 262. in fin. Rouit. in practat. post. prædictas. num. 9. & sequentibus, Anna. singula. 470. Amendula ad Franch. dict. decision. 221. num. 15. Ponte. conf. 59. num. 1. lib. 1. Menoch. de arbitrariis, lib. 1. quest. 54. num. 6. Burg. de laudem, part. 3. inspectio. 24. num. 17. & de modo procedendi ex abrupto. centur. 1. quest. 5. num. 5. 6. & sequentibus, Maltrillus decis. 125. num. 2. Petrus de Gregorio de iudiciis. causa. feudali. quest. 21. Decianus consil. 17. num. 6. lib. 5. Philippus Paschalis de viribus par. potest. part. 2. cap. 6. num. 7. Instrigol. singula. 173. num. 8. lib. 2. & feudor. centur. 2. articul. 97. num. 23. cum sequentibus, Antonin. Amato. variarum resolution. tom. 2. resolution. 63. num. 6.

Nec quando causa ipsa ab altera parte conficitur, admittenda & erit probatio alia per testes, vt diximus in dict. tractatu de Regia præfatione 3. part. dict. capitul. 6. num. 64. & sequentibus. Quia cum inter partes adsit concordia super factò, de nihilo seruetur testium assertio & comprobatio.

53 Quia frustra spectatur res cuius euentus & nihil potest operari, l. quando, §. fin. ff. ad Velleianum, l. si quis ita scriperit, ff. de hered. instituten. l. cum heredes, §. 1. ff. de acquirend. hereditate, l. non videtur, ff. de iudiciis, l. fin. C. qui admitt. l. ad probationem, C. de probationibus, cap. cum contingat de officio Delegat. Surdus decis. 184.

num. 8. Franciscus Molinus de nuptiarum, lib. 1. comparatio. 10. num. 57. Marfill. consil. 57. licet nudum, num. 17. Tufschus tom. 4. litter. F. conclus. 520. num. 1.

Et factum, quod non & releuat, fieri non debet, l. ad probationem, C. de probationibus, Surdus decis. 260. num. 5. cum sequentibus, l. in bemo, & ibi Barthol. C. de sacrosanctis Ecclesiis, Menoch. conf. 351. num. 36. O'auia Glor. respons. 1. p. 2. num. 180. in fin. qui aiunt, quod nec etiam factum dicitur.

55 Quod in his terminis reperio tenuisse Gondisaluam de Paz in praxi tom. 2. prelu. vltim. qui postquam à num. 1. cum sequentibus. Firmavit praxim huius retentionis præcipue ad executionem Concilij Tridentini in cap. 20. cause omnes, session. 24. de reformatione, sub n. 11. dicendo: Post hinc inde partium & Regij Fiscalis allegationes causam concludendam, postmodum prosequitur in hæc: Et si negotium in probatione consistat, reperitur ad probationem per Consiliarios Regios, & in eo proceditur via ordinariâ, donec sententiam diffinitivam proferant, sed si in probatione non consistat; statim post allegationem partium proferunt suam sententiam, quæ vel pronuntiat litteras Apostolicas retinendas esse, donec Summus Pontifex consulari & melius de veritate informetur, & interim earum executionem suspendunt, & interdiciunt sub grauissimis penis, & comminationibus, earum usum impetrantibus, &c.

Qua propter in articulis iuris, iis nempe, qui in iure dumtaxat, non etiam in factò consistunt, non datur dilatio ad probandum, quia cum partes sunt concordæ in factò, ita vt dumtaxat discordia consistat in solo iure iuxta innumerabiles Doctores ad id citatos per Antonin. Amato. variarum resolution. lib. 2. resolution. 63. à num. 11. Idèd nec ad probandum admittuntur partes, nec eisdem terminis conceditur, Millanen. decision. 3. num. 156. & decision. 5. num. 9. lib. 1. Instrigol. singular. 173. num. 80. & 81. lib. 2. Marfill. decis. 125. num. 2. lib. 2. Giurba decis. 49. sub num. 4. ex Bellameta decis. 37. Romanus singulari 159. Antoninus Amatos vbi proximè n. 3. & seqq.

56 Factò igitur legitimo examine, & conclusa causa inspicitur & processus in Senatu, & si cognoscitur ex eo non adesse violentiam, nec damnum Reipublicæ inferri ex litterarum executione, nec ex ea induci aliquod periculum publicæ utilitati, nec præiudicium notabile inferatur iuri tertio quaesito, atque sic cessat violentia: statim relaxantur litteræ, & decernit Senatus: Que no ha lugar de retenerse estas letras Apostolicas en el Consejo, y que se entreguen à la parte, para que use dellas; quia trepidauerunt timore, vbi non erat timor, iuxta Prophetam, Psalmo 13.

Sinautem iusta, & legitima causa subit ad retentionem faciendam, & suspendendam litterarum executionem, vt utilitatem publicam; datur in Senatu decretum iuxta casuum varietatem. Namque aliqui & pertinent ad retentionem, aliqui ad remissionem Ordinario, de quibus infra latius 2. part. per totam, & signanter in cap. 26. in priori casu datur decretum, Reti-nense estas Bullas en el Consejo, para que no se use dellas, y la parte de N. (pretentis retentionem) suplique dellas ante su Santidad, vt possit Senatus dicere idem quod Imperator in l. 1. C. de his qui

propter

propter metum iudicij non appell. ibi: Sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti.

In secundo autem casu, vbi datur remissio litterarum, ita solet concipi decretum: Entreguense estas letras (ò Bullas) à la parte, para que use dellas delante del Ordinario. Attenta tamen iuridica distinctione, de qua copiosè in dict. cap. 16. infra 2. part. per totum.

59 Si autem hæc remissio petatur in Senatu directè, orrà competentia inter confegatorem, & alicuius personæ, aut Collegij & similia, vel inter Nuntium, Archiepiscopum, vel alium (volentem cognoscere & tractare causam in prima instantia) & Ordinarium certantem ad se pertinere cognitionem ex dispositione Concilij Tridentini sess. 24. de reformatione, cap. 20. Tunc quando directè pro confegatione, & executione dicti Concilij recurritur principaliter ad Senatam supremam (cuius hæc violentiæ cognitio priuatiua est, vt latius deduximus cap. 14. hæc 1. part.) Tunc solet Senatus & ita decernere, & decretum concipere: El juez conseruador, ò el Nuncio, &c. En conser y proceder en esta causa haze fuerça, y se remite la causa al Ordinario; qui quidem decreti genere dumtaxat vtitur Senatus supremas tanquam Concilij protectores in hoc casu specialiter.

61 Nam cum non adint & litteræ Apostolicæ, vt possit simplex confectum decretum (entreguense estas letras à la parte para que use dellas delante del Ordinario) dari, nec etiam si adint litteræ Nuncij, vel alterius Archiepiscopi, quia cum careat potestate (stante clausula irritante, & annullatiua omnium actorum de qua in dict. Tridentin. decreto) commissio est nulla ipso iure, ex l. vnica, C. qui pro sua iurisdictione dare, diuine possunt; ac idèd nihil est, quod possit remitti Ordinario, vt ea commissione vti possit impetrans, iuxta quæ copiosè in comprobationem, dict. l. vnica. congregatus de Regia præfatione 4. part. cap. 6. à principio, & à num. 30. ac propterea necesse fuit in Senatu variari decreti modum, & prædicto termino illud concipere, Quæ en conser y proceder haze fuerça, y se remite la causa al Ordinario. Non tractamus modò de alio simili decreto, quo omnia & cætera Tribunalia Regia suprema vti possunt, & vtuntur quotidie, nempe quando Iudex Ecclesiasticus cognoscere intendit de reo merè laico, & super re merè profana, quia tunc etiam datur in omnibus hoc decretum, Que el juez Ecclesiastico en conser, y proceder haze fuerça, &c. Quo dumtaxat casu possunt cætera Tribunalia decretum hoc ita concipere.

62 Quare cum cætera Tribunalia ipsa non possint cognoscere & de hoc genere violentiæ pro obseruatione, & executione Tridentini, & ab eisdem totaliter sit auocata potestas, nec oppresis permittitur facultas ad dicta Tribunalia (præter hoc supremum Concilium) recurrendi, vt latissimè probauimus dict. cap. 14. à num. 26. cum sequentibus, hæc 1. part. ad effectum directè 64 remittendi & causam Ordinario; sequitur, vt nullo modo possint vti hoc genere decreti (en conser y proceder) Sed quando ad eadem Tribunalia recurrit orrà competentia & inter aliquos Iudices, à quibus emissa appellatio extitit: decernunt dumtaxat simpliciter, quis facit vim in non deferendo appellacionem, quæ uel illam non facit, delationem denegans, iuxta quæ abundè deduximus de Regia præfatione 2. p. cap. 10. per totum, vbi latè quemadmodum concipienda sint hæc decreta Tribunalis, orta competentia inter aliquos Iudices Ecclesiasticos, à quibus vel ab vna parte, vel ab vtraque à singulis Iudicibus, vel ab vno tantum appellatio interposita fuit: videbis.

67 Et hæc omnino atrende, quia ex hoc genere decreti suprascripto (quo solus hic Senatus supremus vtitur in hoc peculiari casu dumtaxat, ex specialissima ratione dicta) multos & vidi deceptos, & illo velle vt indistinctè in aliis casibus competentia, minimè attendentes, quòd solùm Senatus supremus illo vtitur, quando directè competentia orrà, ad illum recurritur pro executione Concilij, quæ facultate cætera Tribunalia priuata sunt ex clausula legis auocatiua, vt latè in dict. capitul. 14. supra hæc 1. part. diximus.

Quando autem generaliter in omnibus Tribunalibus oppressus simul vtitur vtroque remedio violentiæ, puta intentando Bullarum retentionem, & cumulando querelam violentiæ, vt deferri mandetur appellacioni interiectæ ab executorum iam procedente carumdem virtute, variis modis concipi solent decreta, proæ abundè diximus, & formulas propouimus sup. hæc 1. part. cap. 11. conclus. 1. & sequentibus, vique ad finem, quæ hæc suppletere poteris.

Maior tamen se offert soluenda difficultas, quando ad Tribunalia inferiora Regia, Chancellerie, & Audientias recurritur hæc simulanea querela; nempe petendo directè causam ex decreto Tridentini, & eius obseruatione remitti Ordinario, & simul decretum violentiæ ob non delatam appellacionem emissam ab executorum procedente derogando primæ instantiæ eiusdem, cum ad hunc effectum dumtaxat diximus superius d. cap. 14. à num. 26. cum sequentibus, posse hæc Tribunalia de hac violentia cognoscere simpliciter; quæ autem directè tendunt ad conseruationem protectionem & executionem Concilij Tridentini, remittendas esse præcisè huic supremo Concilio ibidem deduximus, & expressè deciditur, in l. 81. tit. 5. De los Presidentes. lib. 2. Recopil. in 3. tom. ibi: Y que las dichas causas vinieren à las dichas Audientias, se remitan à los del nuestro Consejo, &c. quam ibidem citauimus.

Cui facile occurrens, si coniungas resolutiones, quas appouimus & superius in duobus capitibus 11. & 14. Etenim si visis in Audientia Regia omnibus actis reperiat, iudicem violentiam fecisse in non deferendo appellacionem, reuocet poterit Tribunal illud ita dare decretum, defera, & reponat, circa remissionem petitam Ordinario remittere statim causam ad supremum hoc Consilium cognoscendam, & terminandam, cui nihil obstat prædictum Tribunalis decretum violentiæ, tum & quia procedit in casu sibi permissio, & separabili, tum etiam quia ex eodem decreto facilius redditur exitus, & expeditio causæ & articali remissio, quia repositio mediante, facilius exequitur decretum Concilij Regij, quo remitti decernit causam Ordinario, ad latè tradita in cap. cum teneatur de appellacionibus; quia res redditur integra iuxta & quæ abundè diximus sup. cap. 11. à num. 16. cum sequentibus in secunda conclusionem, & conclus. 3. à num. 28. & in cap. 10. à num. 89. vers. Mibi in dies; vbi per multos

69 71
R. 2. iudicet.

númer. sequentes: quæ vltius repetere non licebit.

Si autem inspectis in eodem Tribunali omnibus actis, & repetatur iudicem vim non fecisse in deneganda delatione appellationi, emissa, substitere debet Tribunal, & nihil super eadem vi, & articulo decernere; sed totam causam remittere ad hoc supremum Consilium. Quoniam ex decreto, & non non fieri, maximum oritur inconueniens impedituum executionis decreti huius supremi Senatus super remissione faciendâ ordinario, de quo latè diximus sup. cap. 10. à principio, & per totum, & quia potest Iudex delegatus virtute huius decreti prosequi causam, & partem obtinere executoriales, ex quibus postmodum decretum Senatus patitur magnam difficultatem iuxta quæ diximus, cap. 11. sup. conclusa. & conclus. 3.

Vnum tamen generale omnino necessarium, & præcillum in hac materia retentionis Bullarum Apostolicarum non omittamus, vt cum in cognoscenda & discernenda causa legitima vt illæ retineantur, si postquam à iure iusto arbitrio discreti Senatoris, vt copiosè deduximus supra hac 1. part. cap. 9. præcipi à num. 13. cum sequentibus, vsque ad finem, vers. Quibus tamen, & aliis; vt semper Tribunalia Regia in hoc arbitrario remedio præ oculis habeant (vt assolent) & exhibeant debitam reuerentiam Sanctæ

Sedi Apostolicæ & Bullæ in Cœna Domini, ne facillè ex excessu immoderata & indebita defensionis, in eiusdem censuras incidant, neque hoc saluberrimo remedio ad præsidium innocentium inuenio immoderata abutantur, cum defensione hæc debeat adhiberi cum moderamine inculpate tutelæ, hoc est seruatata semper in omnibus & reuerentia Sedis Apostolicæ, vt post multos Doctores in terminis diximus de Regia protectione 1. p. c. 2. à num. 6. cum seqq.

Omnis enim defensio tunc dicitur permissa iure naturali, & gentium; & quando præstatur cum moderamine inculpate tutelæ, eo tamen non habito; defensio ipsa punibilis est, & culpabilis, provt latè probant post magnam Doctorum ceterum Prosper Farinacius in praxi crimin. de homicidio, quest. 125. à n. 330. cum multis sequentibus, quam plurimos alios Didacus Mati. in additionib. ad Thomam Grammatic. decis. 5. num. 4. & 5. Mongollon. de his qua metus, cap. 8. §. 1. num. 7. Cancercius 2. part. tom. 1. c. 10. à num. 40.

Quia cum moderamen hoc inculpate tutelæ procedat ab eodem principio, & iure naturali & gentium, & sicut & ipsa defensio, iuxta veteriorem opinionem, quam contra alios firmavit Fortunius Garcia in l. vt vim, num. 1. vers. Ex hac ipsa natura, ff. de iustitia & iure, & latius num. 3. & 4. vbi pluribus Doctores hanc sententiam defendit num. 12. & 13. Declarat Bolognet. in eadem l. vt vim, num. 34. vbi plene prosequitur, & num. 63. Turrecremata in cap. ius naturale, num. 23. distinction. 1. Iacobus Boulen. in repetitione, l. Capitalium, §. famosus, num. 134. in fin. & num. 135. & 136. & 148. de penis, Farinacius de homicidio, quest. 125. num. 334. sequitur, quod & non adhibito hoc moderamine inculpate tutelæ, fiet contra ius naturale & gentium, & cessabit in Senatu penitus fundamentum defensionis permittæ.

Moderamen tamen hoc tunc in defensione

dicitur seruatatum, quando & id fit, sine quo violentia aliter tolli non poterat, l. sciendum, §. qui cum aliter, ff. ad legem Aquilianam, l. 1. c. unde vi, Grammatic. conf. 63. num. 3. In trigol. conf. 15. num. 34. Bartius decis. Bonon. 182. num. 3. Malcardus de probation. conclus. 1126. num. 29. Farinac. dist. 9. c. 25. num. 330. cum sequentibus, vbi quod moderamen inculpate tutelæ consistit in tribus & circa modum, tempus, & causam, vbi singulas particulas latè prosequitur, & ex aliis Didacus de Mario. in addition. ad Thomam Grammatic. decis. 5. num. 4. & sequentibus, quæ adde ad ea quæ diximus in his terminis de Regia protectione 1. p. cap. 2. à num. 285.

Quare maximè Senatores euigilare debent, ne & calumniosè, & frustratorie quem vti permittant hoc salubri remedio, ad finem dumtaxat vendandi aduersariam, & detinendi, ac differendi causam principalem, quod quidem in specie abhorrent Doctores omnes de hac retentione Bullarum tractantes, quos in vnum congregimus sup. cap. 2. à principio, huc 1. part.

Ideitèd si ex causa frivola & deducta in Senatu ad hanc retentionem consequendam hæc intentio partis deducatur; omnimodò debet Senatus condemnare calumniantem in omnibus expensis, provt ex pluribus Doctores in his terminis loquentibus probauit & animaduertit in tractatu de Regia protectione 1. part. cap. 2. à n. 238. cum multis sequentibus; quòd te remitto, & insuper vbi etiam in his terminis Flores de Mena prædicarum quest. lib. 1. c. 12. n. 8. ad fin. & Azbed. in l. 2. tit. 6. lib. 1. Recopil. in fin. Quæ quidem expensarum condemnatio multum prodesse poterit, ne cum tanto periculo quis abatur hoc remedio, consulit iurati litigantibus, & eorum sumptibus, & laboribus, necnon Senatuum exoneratio suboritur, & vt tandem omnes cognoscant animum temerarium habere vindictam.

Et vt cognoscatur quanta iustificatio procedit Rex noster in harum & Bullarum retentione, decretum Senatus hic supremum, vt nullatenus tradatur parti intentanti Bullarum quauilibet retentionem prouiso ordinaria, quouisque præter fideiussorem soluendi omnes expensis alteri parti, si reperitur sua relectio sinistra, atque etiam vt relinquat procuratorem, cum quo prosequi possit retentionis cognitio ad euitandam fraudem, deprauatamque intentionem partis differe curantis & ambientis cognitionem hanc, ne impetrans queat suis litteris vii, & in longum protrahatur & cunctetur ipsarum debita executio.

Circa quæ duo sunt decreta Senatus cum consulatione & Regis anni 1545. quod est in lib. 2. decretorum, fol. 3. & in quateruo decretorum est 5. decretum in ordine in hæc statuens. En la Villa de Valladolid à veinte y quatro dias del mes de Abril de 1545. años, los Señores Præsidente y Oidores del Consejo de sus Magestades, mandaron, que las cartas que de aqui adelante se despacharen en Consejo, para traer Bullas sobre el patronazgo Real, ò patronazgo de legos, ò por derecho de estrangero, ò beneficio patrimonial, que el Escriuano del Consejo que las diere, antes que la entregue à la parte, tome del fiança, que fino pareciere ser cierta la relacion que haze; pagará à la otra parte todas las costas y daños que se le recierieren, è que de citado para los autos del pleito, y que fino tomare

tomare la dicha fiança, è dexare poder y procurador citado, que el Escriuano del Consejo que lo despachare lo pague de su casa. Castillo.

Alterum decretum hanc dispositionem continens, & extendens ad retentionem Bullarum in contrauentione Concilij Tridentini, & ad alium quemlibet casum pertinentem ad hanc recurrentem retentionis intentatum, est in eodem quateruo decretorum Consilij 85. quòd ita disponit: En la Villa de Madrid à tres dias del mes de Junio de 1580. años, los Señores Præsidentes, y del Consejo de su Magestad, mandaron, que de aqui adelante se guarde y cumpla el auto proveydo en Consejo en 24. de Abril del año de 1545. en que se mandò, que quando se despachare alguna prouision para traer Bullas sobre patronazgo Real, ò patronazgo de legos, ò por derecho de estrangero, ò beneficio patrimonial, el Secretario que la diere, tomase fiança de la parte que la lleuasse, que si la relacion que hazia no era cierta y verdadera; pagaria à la otra parte las costas, y le citassen para todos los autos, y dexasse procurador con quien se hiziesen, fopena que no lo cumpliendo asst el Secretario, que dexasse de tomar la dicha fiança, y hazer las demas diligencias dichas, pagasse las costas como en el dicho auto se contiene: con que asimismo se entienda en qualesquiera prouisiones que se dieren, para tomar Bullas contra el Concilio, è en otro qualquier caso. Iuan Castillo de Andrada.

Et ita in hoc Senatu inuoluntè obseruatur hodie, sunt etenim decreta hæc sanctissima, nullatenus obsequium, & obedientiam, & necnon solitam venerationem, & debitam Sedi Apostolicæ, sunt que decreta hæc Christianæ sinceritatis manifesta demonstratio, atque Religionis euidentis argumentum, quia Rex Catholicus non vult se intrromittere in iis, quæ verè suam Republicam non lædunt, imò conatur ficitam, seu calumiosam relationem multare, & penitus reuicere, & aditum denegare sicut recurrentibus, & calumniosè conueneribus.

De infruactione, quam habent Chancelleria, & Audientia regales & circa modum procedendi in hac Bullarum retentione, & de praxi, petitionibus, prouisionibus, & decretis affirmatiuo, & negatiuo, de modo formandi processum: vide Monterosolum præcillum in praxi tractado 5. de las Chancellerias, cap. Si quæ el quarto proceso, que es sobre la retention de las Bullas, cap. 1. del estilo.

Vbi in versiculo, Pero acæce algunos vezos, ponit stylum, & praxim, quæ vtuntur & Tribunalia Regia, quando accidit, quòd impetrans, antequam à se auferantur litteræ, illas exequutus fuit iam, & litteras & processum misit Romam, vt tunc Regius Fiscalis per petitionem à Senatu postulare soleat, vt procedatur contra litteras ventem, vt si clerici laicos deturdat in carcerem, si autem Clericus fuerit, quod compareat in Senatu personaliter, & eas temporalitates sequeantur, & à curia ne exeat, quouisque afferat dictas litteras, & simul abolitionem parti.

Quòd sic fieri mandatur in Senatu, sicut ipse præcillus Monterosolo, & contra laicos procedit ad penas legibus huius Regni stabilitas, vide eundem ibidem per totum, cap. vbi plura in praxi consere. De quibus si plura Nos diximus infra 2. p. cap. 24. vers. Quoad secundam

capituli partem, à num. 41. vsque ad finem eiusdem cap. vbi abundè de penis, quas incurritur iure Regio partes, Tabelliones, siue Clerici, siue laici exequendo, siue intimando litteras Apostolicas contra ius Regis, Regni, aut publicæ utilitatis impetratas, & vide etiam sup. cap. 10. §. vnico, à num. 90. vsque ad fin. vbi abundè de sequestratione temporalitatum & fructuum impetrantis, & litteras exequentis.

Illud tandem animaduertendum censeo, quòd à sententiis latis in Chancelleriis & Regiis super retentione Bullarum nullatenus admittitur secunda supplicatio con las mil y quinientas (de qua integer est titulus lib. 4. Recopil. Auenda in tractatu de secunda supplicatione, Didacus Perez in l. 25. tit. 3. lib. 2. ordinament. glo. 2. Paz in praxi 6. p. tom. 1. cap. vnico per totum) eò quòd ad illam interponendam duo requiruntur præcisè respectu rei, de qua contenditur, quod res ipsa sit ardua, & continens æstimationem, & valore trium millium duplarum aurei de cabeça, ex l. 7. tit. 10. lib. 4. Recopil. ibi: Siendo tan ardua la causa, y sobre tan grande cantidad, que sea de tanto valor y estimacion, &c. & ex l. 9. eiusdem tituli, quare cum hæc simul non possint concurrere in causis retentionis Bullarum: tùm quia in eisdem, nec agitur de re principali, nec in proprietate, nec in possessione, & nec agitur de applicanda alicui ex contententibus, nec etiam contenditur de valore Bullarum ad effectum declarandi super eo, sed dumtaxat examinantur, an ex eam executione aliquod inferatur damnum publicæ utilitati, ad effectum dumtaxat supercedendi in executione, & rescibendi, atque supplicandi Sanctissimum; quòd nec infert præiudicium perpetuum, nec irreparabile sed temporale, dùm Papa consulitur, ex text. in cap. 2. ibi: Dux Romanum Pontificem consulane, executioni supercedant, de officio Delegati. text. in cap. multum stupor. 2. quest. 6. ibi: Expectandum ibi fuerat, quid à tua consula rescriberem. Auentio. de mandatis Princip. §. deinde comperens, collat. 3. ibi: Tunc suspiciens quidem talem formam, non autem aliquid agere ex ea antequam à nos muniam secundam præceptionem nostram suspicius, de quibus supra cap. 5. à num. 35. & 2. p. cap. 5. §. 4. num. 2.

Quòd idèd lenissimum præiudicium vocat in his terminis & Marcus Giurba in conf. 39. sub n. 38. dùm loquens de examine rescripti Regis, an contineat damnum Republicæ, & contra eius priuilegia ad effectum supercedendi, & rescibendi Principi, ita ait: Maximè si nec perpetuum, nec irreparabile præiudicium sit, Sforcia conf. 20. num. 43. Sed lenissimi præiudicij est contra priuilegij declaratio, cuius effectus est breuis quodam, & temporalis suspensio, seu suspensoria executionis rescripti, aut similis rei allegata contra priuilegia vsque ad secundum Regis mandatum, &c. differere enim solum suspensio hæc non perimit, &c. Et quòd supercellaria, quatenus sit temporalis, quòd inferat leue & momentaneum præiudicium reprobabile, per plura fundamenta scriptum in Nostre commentariis de protectione Regia 2. p. c. 10. à num. 29. cum seqq. facit l. si debitor, ibi: Nec enim Annuum magnum est in mora modici temporis, ff. de iudiciis.

Tùm etiam, quia hæc causa recipere non potest & æstimationem, nec cadit super re æstimabili, quo casu non est locus secundæ supplicationi

plicationi huic, prout ex hac ratione pariter cessare secundum supplicationem in causis nobilitatis (etsi aliàs arduè iudicentur) affirmat Gundifalvus de Paz ubi proximè num. 68. & à num. 66. Tùm etiam quia supplicatio hæc adhuc negatur ꝛ à sententia meri possessorij ex legibus Regijs allegatis per Paz d. cap. vnic. à num. 114. de quo in hac retentione adhuc non contenditur, nec controuertitur ad effectum & finem declarandi super eo, sed de mero ꝛ facto, & insistentia possessionis, & status vltimi Patronorum, ad effectum dumtaxat superfediendi in executione litterarum Apostolicarum, & Sanctissimo rescribendi, vt quid senserit explicet, nec ex hac cognitione alicui applicatur ius patronatus, nec ad quem pertineat declaratur, quod omne intactum remanet coram Ecclesiastico discutendum.

Itaque cum præiudicium retentionis litterarum ꝛ sit leuissimum, temporale, & penitus reparabile, nullum ius partium tangens intrinsecum, prout & superius hoc capite diximus; idèò nullo modo admittitur in iis causis retentionis Bullarum secunda hæc supplicatio, nec

in hoc Regio Consilio visum, nec auditum fuit, nec vnquam admissum, nec adhuc ab aliquo tentatur tale remediùm, & ita inniolabiliter obseruat Senatus.

Ex quibus rationibus & fundamentis, inferri potest etiam ꝛ ad causas retentionis Bullarum Apostolicarum decisas in prima instantia in Audientia Regni Gallicæ (charissimæ, & dulcissimæ patriæ nostræ) vt minimè admittatur appellatio ad Chancellariam Vallisoletanam, cum res, super qua contenditur, debeat habere æstimationem, si in proprietate mille ducatorum, si in possessione duorum millium, quæ æstimatio penitus cessat in hac causa retentionis, in qua nec de proprietate rei principalis, nec etiam de possessione agitur, nec definitur; Ex hæcenus deductis, quæ omnino conuincunt, & planè congruunt huius vltimi articuli determinationi, & resolutioni. Maximè quia reuera multum indecorum, & indecens foret, causas huius qualitatis velle regulare per alias merè temporales, inter quas tot reperitur dissonantia, & non sine scandalo nouitas hæc introducta foret ad latè tradita supra cap. 6. per totum.



TRACTA



TRACTATUS

DE

SUPPLICATIONE AD SANCTISSIMUM à Litteris Apostolicis: Et de earum interim retentione in Senatu.

PARS SECVNDA

Continet Recursum ad Regem ob contrauentionem Sacrosancti Concilij Tridentini, præsertim circa præseruationem primæ instantiæ Ordinariorum.

CAPVT I.

Quo iure Rex Catholicus, quibusve rationibus litteras Apostolicas in contrauentionem œcumenici Concilij Tridentini importunè impetratas, vel retinere, vel remittere valeat, & de vtriusque differentia, de qua latius, cap. 2. 6.

SVMMARIVM.

Principum Christianorum Regale munus est, euigiles esse inuisionem Reipublicæ, præcipue spiritalis, dogmatum, & Conciliorum, n. 1.
Principes suorum Regnorum sunt adstricti ad protectionem, ne violentiam, aut scandalum patiantur in perniciem Reipublicæ spiritalis, & temporalis, num. 2.
Ad Conciliorum, & Ecclesiæ tuitionem sapè inuitasse Pontificem Principes Christianos ad scdandos violentos incursum, multis Canonice decretis legimus, num. 3.
Bonifacij Pape epistola refertur missa Imperatori Honorio, vt auxilium Ecclesiæ, & Religioni oppresse præstaret, num. 4.
Epistola refertur Imperatoris Honorij missa Pape, qua proficitur interueni sui pacem custodiri, & seditiones Ecclesiæ obuencientes sedari, n. 5.
Dini Augustini Auctoritas refertur, quæ licitè petitur per Prelatos auxilium à Principe Christiano contra hostes Ecclesiæ ad eius tuitionem magis, quam vindictam, num. 6.

Res religiosa aliter tuta esse nequeunt, nisi & Regia, & Sacerdotalis defendat auctoritas, n. 7.
Epistola Dini Augustini, qua aduersus violentias fit vltio, à potestatibus per Prelatos postulanda, num. 8.
Concilium Agatense refertur, quo dicitur ab omnibus Principibus esse auxilium postulandum pauperum molestis, quibus Ecclesiæ fatigatur, num. 9.
Si Principum præceminentia in Ecclesiæ ex consuetudine acquisita non seruetur, scandalum Ecclesiæ patitur vitandum, num. 10.
Principum Christianorum præcipuum Regale officium est, Ecclesiæ, eiusque libertatem, & immunitatem defendere, num. 11.
Principes sæculi nonnunquam in Ecclesiæ culmina tenent, vt disciplinam Ecclesiasticam muniant, & seditiones rigore Principum conterantur, num. 12.
Principes ad tuitionem Ecclesiæ tenentur ex debito Regalis officij, etiam non postulatam, cum ipsorum studij, & religionis interit, num. 13.
Imperatores profitentur maximam adhibere sollicitudinem circa Dei dogmata, & Sacerdotum honestatem, num. 14.
Principis boni est omnia tueri, quæ spectant ad tuitionem Ecclesiasticam, num. 15.
Principes si protectionem Ecclesiæ præbere negligunt, à communione eiusdem repelluntur, n. 16.
Nihil præstantius conseruationi Regnorum, quam vigilantia in cultus Diuini, & status Ecclesiastici tuitione, qua nititur stabilimentum omnium rerum publicarum, num. 17.
Quod Imperator Theodosius in agone mortis filiis suis hoc præceptum reliquit, num. 18.
Imperatores Christiani agnouerunt Imperij salutem

R 4